



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

5. De 3. Petitione: Frat voluntas tua

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

aspirandum, & pro viribus dicto modo contendendum sit. 1. Ob incomparabilem præminentiam huius triplicis regni, quod nullis caducis donis, ne quidem vniuersis mundi opibus, dignitatibus, voluptatibus queat conferri, 2. Ob inæstimabile pectum sanguinis, quo Filius Dei illud nobis dignatus est mercari. 3. Ob ineffabile desiderium, quo cupit nos eodem perficere potiri. Hæc si capis, nec te mouet finis, annon silice durior merito cedebetis? Affectionis ijdem repetendi.

V. De 3. Petitione. *Fiat voluntas tua.*

I. **E**xpende quomodo diuina voluntas perfectè, quod hic petimus, sit adimplenda. 1. Latissimè, adimplendo omnia præcepta, consilia, inspirationes diuinas, omnia item iusta eorum, qui nobis Dei nomine presentant, iussa, quibus omnibus diuina voluntas nobis declaratur. 2. Purissimè, ex gratuito amore Dei, non ex metu supplicij, aut spe præmij. 3. Intéssimè, & sublimissimè instar beatorum in cœlo, eximia scilicet cum promptitudine, celeritate, alacritate, amore, gaudio. 4. Constantissimè in omnibus rerum & temporum vicissitudinibus, nunc, semper, æternum. 5. Insatiabilis.

mb

simè , quoad desideria vires nostras  
longe excedentia , in pluribus & ma-  
gis arduis, purius , intensius, constan-  
tiusque inter maiores aduersitatum &  
desolationum fluctus diuinum bene-  
placitum intellectu , affectu , effectu  
exsequendi.

¶ Quam gratum Deo tam sublimè  
diuinæ eius voluntatis tam perfectè  
adimplendæ desiderium! quantò gra-  
tior re ipsa hoc desiderium exequendi  
secundum vires conatus ! Alterum  
constanter pro te alijsque pete : alte-  
rum constanter eonari propone.

H. Quam deuote Christus tota vita  
hoc desiderium perfectè adimplendi  
eterni Patris beneplacitum continua-  
rit; quam studiose re ipsa semper & in  
omnibus adimplere contenderit; quā-  
tam gratiam nobis idē præstandi pro-  
meruerit ; quam potenter exemplo  
suo ad imitationem sui nos prouoca-  
rit; quam ardenter id nunc ab ijs, quos  
peculiari gratia præuenit, iure suo ex-  
igat. Zelus Christum imitandi in di-  
uina voluntate affectu & effectu per-  
fectè implenda.

Hi. Cur meritò ad exactam diuini be-  
neplaciti executionem nobis deside-  
rio aspirandum , & opere ipso con-

tra...

rēndendum sit. 1. Quia Deus ob infinitam suam in se excellentiam & immensam, ergo nos liberalitatem dignissimus est, ut promptissime ad omnius eius nutum nos conformemus. 2. Quia diuina voluntas regula est omnis rectitudinis & sanctitatis, cum ab eo proficiat, qui est infinitè iustus, rectus, Sanctus. 3. Quia diuinum perfecte facere beneplacitum, est summum ad cœlorum regnum compendium.

*Matt. 7.*

Nam ut ait Veritas: *qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum.* Quem hæc seriò exponentē vel trecenties sexages quinquies cum D. Gertrudem geminare pigrat: *Fiat voluntas tua: tua inquam, sanctissima, non mea, quæ est peruersa, non carnis, quæ spiritui contraria, non mundi, quæ vana, non diaboli, quæ iniqua:* Renouandus zelus diuini semper & in omnibus comprehendit beneplaciti.

De zeli honoris Dei  
& salutis animarum  
actib. internis per-  
fecte eliciendis.

De eiusdē zeli actib.  
externis piè exercē-  
dis, & incitamentis.

} 6. p. med.

} Domi

*VI.*

*VII.*